

IO. PROBENIVS. PIO LECTORI S. D.

SEmper quidē mihi fuit hoc studio, lector optime, ut e nostra officina prodirent autores boni, præsertim ij, quorū lectio cōducat ad bonos mores, ac pietatē. Atq; eū fructū teste Christo, non minus specto q̄b lucrū pecuniariū. Sed cū in omnibus pro mea uirili, conor, ut emendatos emitram in manus hominum, tum id nūsc̄ acriori diligentia sum adnīsus, q̄b in hoc uolu mine, quod quantum emolumētū sit allaturum nescio, certe plurimū hinc utilitatis ad Christianos omnes peruenturum, auxiliante Iesu Opt. Max. confido. Proinde nec meis laboribus pepercī, nec pecunijs. Quin & precibus & præmijs egi, ut castigatores adēssent complures, haud uulgari doctrina præditi, & in primis Ioannes Oecolampadius Vinimontanus, præter integratatis ac pietatis commēdationem, insignis etiam theologus, triūq; linguarū egregie peritus, ipso quoq; Eraſmo in hanc partem aduigilātē. Quos tamen oēs operis pietas ad hoc laboris pertraxit magis q̄b quæstus. Et exorientur fortasse, qui nostram imitentur æditionem, ut hodie uel maxime uerum est illud Hesiodium νοῦ πωχός πωχῷ φθονία, Ε τίκτομι τέκτωμ. quod ego sane nō admodum iniquo feram animo, si modo meam fidem uel superēt, uel certe æquent. Verum plures sunt, quibus nihil refert q̄b emēdatos aut deprauatos emittāt codices, modo id suo faciant compendio. Quam obrem fac memineris lectoris plurimū interesse. Qui librum mendis undiq; scatentem habet, certe nō habet librum sed molestiam. Quin istos etiam imitatores admoneo, ne si temere negocium aggrediātur, autore superstite, mihiq; pro sua humanitate amicissimo, idem illis eueniat, quod nonnullis euenit, in priore Chiliadum æditione. Bene Vale lector, ac fruere, tuoq; fauore uicissim admitere, ut nostri conatus, qui ut p̄ij sunt, ut omnibus utiles, ita mihi non sint infelices.

Basileæ. sexto Calendas Martias. Anno

M. D. XVI.

XII Calendas Apriles venit hic

Liber ad manus mei Joan-
nis Cincinnj Lippi-

ensis de Colom-

a Werdenā,

Empt⁹

ij.

aureis

tribusq; mēq;

Colony

robertū īstū m̄ngū. I
vō v̄tūq; d̄bū m̄cā p̄tūtū m̄nūkū / m̄d̄lūtū /
m̄t̄tū . m̄g⁹ A